



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de  
Antverpiæ, 1649**

Homilia XV. De Ascensv Christi In Hiervsalem, Et Fliis Zebedæi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](#)

# HOMILIA XV.

## DE ASCENSV CHRISTI IN HIERVSA.

LEM, ET FILIIS ZEBEDÆI.

Tertio die Mercurij Quadragesimæ.

*Ascendens Iesu Hierosolymam assumpit duodecim discipulos suos secretò & ait illis: Ecce ascendorum Hierosolymam &c. Matth.20.*

**V**ITÆ Christi commentatæ D. Matthæus proponit nobis congregationem à supremo rege Ch. institutam, eorum qui statutis sui primi erant confessores, in qua eis rationem sua reddit intentionis, operisque iam nunc imminentis, cali terraque regni suis utilissimi. Pro veteri confundendis solebant monachæ, dum insigne facinus mediantur, ut pluribus diebus his incellere cogitationibus impliciti, Regnum sui conuocare processerunt, statum cogere consiliarios, illis suam expone facinoris intentionem, ne dum illud agrodiuntur, aut commoneantur, aut perturbetur. Ita, testâ S. pagina Nabuchonosor terræ Monacha potentissimus, cum iam alio paucis ante diebus proposuisset, arma regionibus inferie occidentis, ut cunctas eius sibi pronuncias regnâque subjugaret: *Vocauit omnes maiores natus, omnesq; duces & bellatores suos & habuit cum eis mysterium consilij sui, dixitq; cogitationem suam in eo ipso, ut omnem terram suo subiungaret imperio. Scorsum illos vocauit, & pectoris sui arcana reuelauit: hoc enim significat Mysterium consilij sui.* Opus erat imprimis arduum nec leuem adferens difficultatem, in arenam descendere, ut totum suo mundum subiungaret imperio. Potiori iure de Christo regum rege potentissimo liceat effari quod particulare magnatum suorum cogeret concilium: *Assumpit duodecim discipulos secretò.* Turba plura comitatus tendebat Hierosolymam, duodecim suos legregat magnates scorsum, ut eis aperiat Mysterium consilij sui, pectoris arcana, quod à tot milennis annis proposuerat Isaia ex translatione Septuaginta quam ex professo de-

clarant D. Cyril. Alex. & Theod. & Euseb. In t. 25, vocat Consilium tuum antiquum illud tam secreto Isa. 40, quod nec oculus viderit, nec auris audierit Lib. 1, deinde, nec in cor hominis ascenderit, ut idem te demonstret. Statutus propheta, tam mysteriosum, ut de coditionem finem, cat Apollonus: *Mysterium quod absconditum est h. 2. c. fuit à seculis. Quid nemo Principum huius secu- 32. li cognovit.* Non illud regis Nabuchonosor, Isa. 25, 5. bella sufficiandi, alios occidendi, ut ipse vitat Coloss. 1. incolunis, non aliorum Principes regnorum 26. evertendi, illisque sedibus exterminandi, ut 1. Cor. 2. 7 ipse omnium Dominus, sed sicut in illum omnes insurgeter perduelles, interimerent homicida, venient Deicida, ita econtra omnes eius obirent regnum, pace, vitaque gaudent immortaliter: *Dare animam suam redemptio- Matt. 20. nem pro multis.* Qua ratione cunctis se submitteret Principibus sacerdotum, ut omnes principes, ac Domini simus in caelisibus. Assumpit vos secretò Discipuli mei charissimi, ut regni mei optimates, quibus aperiāt mysterium consilij mei. Hoc vos scite velim: *Ecce ascendens Hierosolyma, & filius hominis tradetur Principibus sacerdotum,* & condemnabunt eum morte, & tradetur Gentibus & flagellabitur, & ille iudetur & conspuetur, crucifigent & occident eum. Attamen haec omnia in maximum regni mei cedent emolumenium: tercia enim die resurrecturus in æternum regnabo gloriosus. O mysterium absconditum, arcana adeo, ut nec ipsi hoc caperent consiliarij tam ab hominum ingenio absconditum, ut ipse Lucas verba duplificari, illud ut explicaret: *Et ipse nihil horum in Lue. 18. 38 tollerentur, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quae dicebamus: Nullum est enigma adeo obscurum, ac involutum, quād illud fuerit Christi discipulis, ut tanta luce obcoecati, solis verbis inhaerētes, quibus se Christus*

praedicebat regnatum, tamquam passeruli nūmia luce percussi hue illucēne sc̄e p̄cip̄tes agant, ut quo, vel qua nesciant, & eorum duo Iacobus & Ioannes ad matrem confugent, Christi itineris sociam, cui illi h̄c; Mater amansissima, modō tempus nostræ fortuna magis opportunum, quam nos nobis inuitat Magister, qui regno suo vicinus est possidendo, & modo dum proficisciatur Hierusalem est regnatum; maximū interest, ut nemo nos præveniat (a). Vade, tibi eternū ut sibi tam coniungineæ negabit nihil, hoc ab eo postula, ubi concedat, ut in regno eius vnu ad dexterā, alter ad sinistrā cognati sedeamus, ut quidquid qualibet manu decreterit, per nostram transire debeat. Filiorum ipsa consilio obaudit, Christum adit, libellū offert supplicem. Christus nō illi, sed conuersus illis respondet: Nescitis quid petatis obtenebrati. Aliud ego à vobis quo. Potestis calicem meum & quidem amarissimum, selleum cibere? De his agamus, non de dextera, neq; sinistra; illa quippe manus illis fuit, quibus eas Pater meus preparavit, h̄c non à carne & sanguine dependent, nec ratione nuntiuntur parentelæ, quam ex parte maris, mecum habere vos agnoscet ex qua natum sum p̄f generis humani, sed ex diuina dispositione Patris eterni, de quo secundum diuinam processiū naturam. Si duo illi fuerint obsecrati, non minus fuere & alij deceū, qui duobus illis indignati, ex iam cognita sedium prætensione, gravem inter se quæstionem excitarunt, quis corū videretur esse maior in regno celorum. Cōuocat omnes Christus, planamque prælegit letionem, vi illos reddat pacatos, ut rosque reprehēdens. Adeste filio! Nesciatis inter huius mundi Principes de primis cathedris, de præminentioribus disputari dignitatibus, desiderari ut quis alteri imperet, optari plus ceteris estimati; ab omnibus seruitum recipere seruit nemisi; quodque quo quis altius enchit, pluribus imperet, ac plures habeat qui sibi famulenti? Hic in domo mea talis non servatur ordo, talis non docet scientia: adhuc enim quis maior extollitur, ut seruat humilior, hoc etenim ego Dñs & magister vester profiteor, mesque de ceo discipulos, qui talis cū sim, non veni tamen ministrari, sed militare, nec ad vitam mæc cōservationem, mihi vitas aliorū sumo præsidio, quinimum & ipsam vitam meam pro aliis libens dabo redēptionem. Hoc nobis hodie propo situr mysterium. Quid si Apostoli ad plurimum annorum terminum, quo Christi classem fre-

quentarunt, h̄c minus intellexerint, vsque dum illis Spiritus S. illaberetur, qui eos illuminet, multò n̄ s̄ h̄c minus capiemus, si diuinus ille illuminator nos suā non dignetur grātia; eam igitur Angelorum Regine mentis ac intercessione postulemus: eam salutantes. Ave Maria.

§. I. Utilessima est consideratio de Christo, ut myrra fasciculo, quem sponsa cœleſti inter vbera collocat.

**P**Rudentissimum extollit mellifluis docto<sup>z</sup> D. Bernardus sponſe facinus cœleſtis, que dilectum suum ut myrra fasciculum cōpositum inter vbera locari: *Fasciculus myrra dilectus meus mihi, inter vbera mea: commorabitur.* Familiare est pueris inter vbera gerere fasciculos, quibus ornantur, decorantur, & quorum odore reficiuntur, rosarium, violarum, eayophilorum; quinimo frequens erat præ pueris mulieribus Hierusalim fasciculos cō: onere ex auro, ac fragrantissimis aromatibus, quales modo sunt ex musco, Zibeitho &c. quos ex collo p̄dulos inter vbera collocabant, quibus venustæ, fragrantes ornatae; procedebant, quos Isaia vocat *Olfatissima Geriola.* Gerant aut sponsa cœleſtis, sponsa impatia terrena fasciculos tales, quales voluerūt, mihi non alijs erit fasciculus quām dilectus meus, & quidem fasciculus myrra. Conſentiant omnes, dilectū sponſa, Christum esse. Pluribus illum modis potes considerare qui omnes viriles sunt: est etenim animal illud sanctum quod vidit Ezechiel plurimum facierum: manu quoque est sapientia dulcissimi. Licet illum considerare ut Patris eterni sūmū recumbentem ab eterno genitum, aqualem per omnia Patri in Deitate, potentia, maiestate, sapientia, ab eo nihil discretū. Similiter eum perpendere potes ut hominem factum inter virginis brachia puerum Mariæ dormientem, materna vbera suaviter contorquentem, qua meditatio devotissima & amoris est incentuum. Tu quoq; intellectu illum contuire si liber transfiguratum, gloria & honore coronatum, meditato inter Eliam & Moysen, speciosum adeo forma p̄e filii hominum, ut D. Petrus iudicaret, nihil præter hanc eius contemplationem amplius esse desiderandum. Deinde contemplare illum prædicantem, miracula patrante, peccatores recipientem, quod maxime solatur peccatores, illum intuere rediūtū, immortale, celos.

**A. 1.10.** oculos gloriōsē cōfidentem , adeo visu i-  
cūndum, ut secum sursum trahat nedū oculos  
Apoltolorū, sed & corda, ut necesse fuerit duos  
mūti cōsilii sp̄iritus, qui eos ad propria dimi-  
terent denique ad Dei Patris dexteram regiā-  
temitam ad pectu gratum, ut oculos D. Stephan-  
ni sursum attraxerit, eum in martyrio solatus ac  
sub lapidum imbre saugatū roboravit, quinimo  
ipsum iudicem venturum cum protestat magna  
& maiestate orhem iudicaturum vñierit, tā

**A. 1.20.** horribilem vt telte D. Iohanne, ante faciem eius  
fingant cōli & terra M̄editationes omnes ma-  
ximi profectus, quarum quādam his, alię alius  
conuenient. Mibi vero, posita procellatur cō-  
fessus, op̄imè quadrat ac lapis dulcissimus, actus d-  
ictus dilectus meus fasciūs myrra, bōrūs  
myrra, hoc est fasciculus amaritudinum, do-  
lorum, exrumarū, illūm contemplati captum,  
ligatum ignominiose de viro ad aliud tractum  
tribunal, illūsum, consputum, flagellatum, coro-  
natū, os cōs felle, myrraque potatum, ma-  
nus pedesque perforatos, apertū latus, hinc  
inter amarissimas myrras obvolutum.

Quā congruē ilūm defensib: Fasiculus myrra.  
**I. 1.6.** Totus factus est dolorum persecutus, cu-  
mulus: A planta pedis, usque ad verticē &c. Hic  
est ille fasciculus, qui mīhi quadrat aptissim, &  
sapi dulcissimus: Mibi illum alij cōsiderent, vt pla-  
cuerit, mīhi verē hoc modo conuenit falubens,  
plurimum refert, prōinde: Inter ubera mea collo-  
cabitur. Quod inter ubera, mediumque gerit  
pectoris, cotiū ante oculos volvitur hoc in-  
nuit (teste D. Bern.) ecclēsīs sponla. Oculis illū  
meis obicitur spectaculum, ut in ilūm tendant  
irreflexi: Commorabitur, id est fixam ei sedem  
stauam: in Hebræo quippe legimus talism: id  
est fixe, immobilitet perpetuō, noctu diuīque. V-  
bera animæ dico intellectum & voluntatē, inter  
illa dilectum collocabo, ut eum semper & meus  
summet intellectus, huic eius discursus, eius a-  
cumina impendantur, dicātque cum Apostolo:

**I. Cor. 1.2.** Non enim iudicauit me s̄ire aliquid inter vos nisi  
Iesum Christum & hunc crucifixum. In hoc vo-  
luntas mea pafetur qui tanta in mei perstultū fa-  
Myrra lūm, & vita suā dispendio, mīhi vitam me-  
effici. ruit sempiternam. Myrra à corruptione p̄-  
fetua, vēmes fugat, consumit putredinē, debilitā  
membrā cōfolidat, oculorū aciem excusat, ca-  
pi corroborat, vapores ex stomacho ascēdentes  
resoluit, qui caput perturbant & agitāt quaqua-  
nus. Hoc in anima ille myrra fasciculus o-  
peratur, peccata cōsumit, à corruptione p̄-  
seruat luxuria, ad labores roborat, luccū iſſūdū clā-

rissimā, quā clatē Dei pateat in seruū misericor-  
dia, & quā in filiū execūtioni mandauit severissi-  
ma iustitia. O quis heius myrra mirabilis el-  
fecit: vidēte, quis, quā pro quo patiunt. Idecirco  
hoc ipsūm suis propont̄ discipulis, & quidem  
non strīctū sed diligenter exactēq̄ describit.  
Ex eo quod sponsa veſtigis non inhāreamus,  
nec illa inspectus rimemur, hinc nostra pro-  
fluit damna, anima q̄ue discrimina.

Expositus Moyses Israelitis, vnde tanta sca- 3  
tūrāt peccata, ingratitudines, seditiones, qui-  
nū & iphius non tolerabilis irreverentia, cau-  
ſam horum afferit, quod oculos suos non reſe-  
xerint, nec mirabilia magna cogitarint, qua  
Deus sit operatus, vt eos de Ægyptiaca eriperet  
seruitute, in eamque affereret libertatem, quā  
modo potiebantur, vnde illis iam morti proxi-  
mus hac ait: *Vos vidētis uniuersa que feci. Do-* Dem. 29:  
*minus coram vobis in terra Ægypti l'parāoni, &c. 2.*  
portentaque irgentia, & non dedit vobis Dominus  
cor intelligens, & oculos videntes. q. d. Vidisti  
potentia irgentia terribilia qua feci Dominus,  
quando descendens apparuit in rubo, egit de ve-  
stra libertate, prodigia faciens stupenda in ce-  
leste terra, aquis, pīcībus, animalibus, mari, signa-  
illa, quibus tantum auditis, infideles conturba-  
bantur, contempsib: et obīgīcebant: *Tunc Exod. 15:*  
concurbāt sunt Principes Edom, robūlos Moab ob- 15:  
tinuit tremor, obīgīcerunt omnes habitatores Cha-  
naan. Imo clāpus quadraginta annū idipsum  
Raab merecītū confiterit, nec enim tanto tem-  
poris interallō etiamnum tremor illi conque-  
nerat: *Audītūs quādīsecānebit Dōminū aquas 10f. 2. 10.*  
marū rūbi ad ī introitū vēfrū, quando egressi  
ēfīs de Ægypto, &c. Et audientes perīmūtūs, &  
elangūt̄ cor nostrū, nec remansit in nobis sp̄iritus  
ad introitū vēfrū. Vos autem nec posuistis  
in p̄aeordiis yelris talia, nec Dei magnalia de-  
sides autēdīs. Ea vidisti, vt alia ordinari quod-  
idianas, solem v.g. mane oriri, lunam vespere, a-  
quam fluminis decūrere, herbas in campis ger-  
minare, vidēre etenim hāc, eorumque mox ot-  
liuisci, idē reputatur. Hinc, nec attendisti,  
qua Deus pro vobis fecit prodigia magna ni-  
mis, nec quam illi fūis obītrītū, nec eius mag-  
nitūdinem potētia, nec gloriam maiestatis,  
nec cordis bonitatem, nec vīcerūm suorum mi-  
sericordiam. Non fuit vobis Cor inelligens, quod  
tanta seruitur mirabilis, nec oculos habuisti  
illuminatos: *Oculos videntes, qui tāta portenta*  
fixius intuerentur. Quām meliori mē hāc de-  
notis fabula narratur. Vnde tanta in vobis in-  
gratitudi, Dei contemptus, legum p̄euaricā-

cio, sedicio, eorum quæ scire tenemini, ignorantia, in Dei servitio tanta locordia, ad gratiarum pro receptis beneficiis actionem negligentia tamquam?

*Gal. 3. 1.* Verum dico, videlicet mirabilia magna, portenta ingentia, stupenda signa, quæ fecit vi-

tos de diaboli eriperet potestate, de peccato, de

mortis fauibus incolumes. Euolus scripta Eu-

angelistarum, perpendis, quæ narrant Dei

magnalia: quid obliteratus est sol, luna hume-

retraxit, stellæ caligine obclouuntur, cælum nu-

hibus tegitur, terra tremit, rupes disstringu-

ntur, imo & ipsa sepulchra resonatur, mortui re-

surgunt ad vitam, de sepulchris prodere, qua-

tantis excitati prodigiis, quæ Athenas &cque ac

remotissimas Egypti regiones penetrarunt, ubi

subtilissimi philosophi, & inter eos Apollophanes ac D. Dionysius, horum tremore mirabilium o-

briguerunt. Ita a fidei acie consideratis, eo mo-

do, quo D. Paulus Galatis scribit: *Anne quorum*

*oculos Iesu Christi prescriptus est, in vobis crucifixus.*

Attraheat & vulgaria quæcumque haec vidi-

fici: illa quippe videre, & obliuisci coniunguntur.

Mentem non applicatis, corde non recogniti-

tis ista Dei portenta, obtutato Pharaoni metu

comparandi, de qua prima veritas: vñis tot pro-

digiis, signique admiradis: *Auerit se & ingressus est domum suam, nec apposuit cor.* Non est qui i-

ruminet, qui recogit corde, fide vina, mente

attenta quis, quæ, pro quo patitur. Deus est æ-

ternus, qui cruce pendulus exspirat, qui omni-

genis hominum generibus iniuste dirèquere cruci-

atur, & amplius non sit in vulnerato corpore

vulneri locus, & totus myrra fasciculus com-

ponatur, & miserrimi serui gratiæ, seditionis,

fedifragi, fugienti, qui ne obolo quidem Deo

valet. Hinc damna veltra, hinc pestiferi vapores,

hinc foeda corruptio peccatorum: *Corripit sunt*

*& abominabiles facti sunt;* plangit David.

*§. 2. Est Christus lapis calatus à Deo, à sanctis lapidicidis exsculptus, in quem oculi desigendi.*

*H*ec Dei portenta reuocant mihi in me-  
moriam colloquium quoddam plenum mysterii inter Deum & prophetam Za-  
chariam, dum expressum, ac mirabile iurat promissum, filium suum in terras mittendi, qui pro  
cunctis mortuis subiret peccatoribus. Currit &  
propheta, vide Iesu filium Israhel, fæderatem magnum, die illi, cunctos advoet discipulos, &  
amicos: populus enim est scrutans mysteria, sig-

norumque ruminator discurrens, vnum alteri conferens singula perpendens, qui cō omnia sua confert studia, vt consideret quid hoc, quidve illud significet: vñco verbo: *Quia viri portentati Zacheus sunt.* Ita D. Hieronimus exponit hoc verbum. Por. *Litteratum.* Afficitur maximopere Deus illis (inquit homines D. Gregor. Nyssen.) qui vñis signis atque portentis non cursum ea transiunt, sed oculis emulnūfici, signis ea perfruuntur, nominatim autem opera quæ in Dei quorum vel minimum maximum Dei remanente doler sapientiam, de quibus psallit David. Omnipotētia in sapientia facisti. Illi sunt, qui mihi placent, sicut Dominus, qui mea perpendunt mirabilia, quocirca vñum illis hoc velim proponas, vt illud 14.  
sumentur, in eo perfrutando cunctas suas conseruant cogitationes: habent enim cui intelligendo adiutorium. Quod hoc erit, q. & xfo, Domine! Cerne huic lapidem. *Septem oculi super lapidem unam.* Numerus septenarius (inquit Theodore) significat multitudinem nam in septem diebus q. a. volvitur solis tempus, &c. Idem est lapis septemculus ac multioculus, seu plenoculus lapis ocu-  
latus quis talis vñquam hic inquis: Non plures habet oculos quam lapis; grande poten-  
tum. Hunc sumico lapidem, illi proponito, dici-  
to: quod sculptus fit malice lignis, calvis, alioq[ue] sculpturæ instrumentis, in tantum vt ne remaneat quidem atomus, qui non expoliatur. Aduerte vero: Ego celabo sculpturam eius. Sumit metaphoram ab eximio artifice, qui lapidem si-  
guris eminentissimis intendit expolire, ipse celabo sculpturam eius, deinde cum tradit famulis elaborandum. Talis erit hic lapis.

Et cælatus cum fuerit, in idem coincident, sculpturam eius celari, & auferri malitiam, mundique sclera emundari: Ecce ego celabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. O portentum: huic nullum simile: ò signum obscurum, dicto illis, vt de illi subtilius inquirant, ei intelligendo suum impendat ingenium, extendat intellectum. Lapis hic Christus est, hoc etenim signo sepius exponitur. Lapis plenus oculis. Primo: vt Diuinitatis in Christo signetur plenitudo: oculi namque apud omnes symbolum sunt Diuinitatis, & numerus septenarius multitudinem signat viuensalem: ita intelligit D. Paul. In quo in Colossis habitat omnis plenitudo Diuinitatis corpora iter. Li. 31. Opinatur D. Aug. per oculos indicari sapientiam q. 52. Lapis plenus oculis plenus sapientia, de quo fari de vñ posuit D. Paul. In quo sunt omnes thesauri sapientia Domini & scientie absconditis. Lapis hic celansus erat à ser. 11. lapidicidis saeculissimis Iudeis ac Gentibus, flagel. Celansus.

**ib.**, lavis, spinis, lancea, colaphis, spulis, ut nulla foet in eo pars non clavigera. Christum a pice eruce suspersum, nullum in eo membrum inuenies solum integrum, ut invenis prorsus non excruciatum. Licit at te hi haec videas attus agnoscer mysticum, hanc omnem a Deo fuisse signatam sculpturam, ut nullum corpus eius attraherit flagrum, nullus clavis, manus pedesque perorari nec faciem salva sedauerit nec ictus vel minimus membra contuderit, quia Deus in sanctis litteris non praenuntiavit vbi prophetarum calamo totam hanc sculpturam praesignauit.

Pereleganter hoc Princeps dixit Apostolorum ubi agit de sculptoribus crudelissimis, quomodo lapidem hunc elaborarint. Ne crediderit (inquit) hos sculptores, quodam fortuna calu, & pitem hunc exculpant, nullam enim in eo exaltant sculpturam, nisi quam Dei infinita sapientia, ad 4.27. magno consilio fieri decreverat: Conuenerit enim vere in ciuitate ista, &c. Herodes & Pilatus, &c. facere, que manus tua, & confilium tuum decesserunt fieri. De quibus alias. Hoc est quid factum fuit, quodque ipse Christus nobis exponit, ut sermo hic hodie cum Apostolis habitus, ad hunc mysterij declaratio iocundum tenere videatur. Ecce aspergimus Hierosolymam, &c. En ego, lapis, laborans, cuius omnem Deus sculpturam per prophetas premonstravit, reliquum est, ut manus operi adhibeant, hocque a modo fieri tradetur enim sculptori potesta. Tradetur Princibus sacerdotiorum & scribis & condemnabunt eum morte & tradent eum genibus, ut horatas perficiant sculpturas: Ad scutendum & flagellandum, Et consummabunt omnia, ut dicere posse: Consummatum est. Haecque duo coincident perfici lapidis sculpturam, & mundi peccatum consummari: Ut consummatu prauariatio, & finem accipit peccatum; præfatur cui cor forat Apostolus: Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius.

**§. 3.** Multiplices fuero corporis Christi paine quia multa fuerunt corporis peccati culpe.

**I**n sepius & aliud profundissimum sumus intenti mysterium, si septenos huius lapidis oculos alius percriteratur; quo quedam appetitus a Laribus propria difficultas. Quid causæ si, cur Aeternus volenter acer filii suum tam vanjs sausque cruciari doloribus, lapi-

dem hunc tanto sudore, immo sanguine expelli, ut inhumanis tradi l'pidicibus, qui ut boves immuniti, rorato erandis eum exciperent, underentique verberibus? Cur o Dominus, tot vitro citioque traditiones: Principibus I. Sacerdotum, Primatis sacerdotibus, ministris Cui Chi Pontificum Imperatorum regumque nasiqbus. Si passo In quem finem t'c irrationes, ignomiria, spuma, tam amarverbera, flagella, clavi, crux mersi. Credunt omnes vel ynam Christi lachrimulam, totu' mundo sufficer redimento. Invo, aliupta tanummodo nostra humana natura. Patri poterat celestis pro totius mundi, addo & multorum milium Mundorum, si fuissent peccans culpisque satiueri. Ad quid igitur tot labores? i languoris sufficiat remedio, ut in brachio vene aperito, ad quid multiplicantur? ad quid & in altero? ad quid in manibus, in humeros? ad quid in capite cauterio? in precipibus fistule? Rationem affigunt D. Gregori Nazianze, que facile capiebatur, si supponamus id quod Spiritus S. ait: Deum tam esse prouidum, ut cuique suum statuerit oppositum: *Contra malum bonum. Et contra mortem vita & ita in omnibus operibus Alij 15. & 42.* simi: *Vnum contra unum duo contra duos, & non fecit quidquam deesse. Tangit, ut Antiquitatis Lib. 1. de axioma reor à Deo hunc mundum conservari per oppositionem contrariorum: quia si defensent, omnia corruerent. Si solus esset ignis, hic omnia consumeret: adit ergo aqua ignem extinguens. Si sit secura, sit & humida: si frigus premit, laxet calor; si herbe crescent pestilenz, cœscant & medicinales; si mors ei vita opponatur, si infirmas, hanc separat valetudo. Hoc autem est teste D. Augustino: *Dominus fortitudo potentie, quia licet una re possit omnibus succurrere, noluit ramen, sed hoc egit, ut cuique suum opponeret contrarium, quo mundi claritas patet pulchritudo, et lumine flatus esset oculis longe gravior.**

Quod videmus, ac in naturæ ordine admittatur admirare & in gratia statu, quodque in mundi decrevit creatione, & in cuius volunt seruari reparatio. Quid erat in mundo? Corpus quoddam peccati, ita culpis omnibus infectum, ut Isaïa dicere de eo licet: *A planta peccati, usque ad verticem, non est in eo sanitas. In capite superbia, in oculis avania, in lumbis luxuria, ita in corde, gula in ore, inuidia in peccatore, in pedibus inambulatio acedia, ita peccatis undeque oblitum, ut nullum sit membrum, quod in hoc aut illo suâ non inquinetur, culpa; corruptam autem tantum ere plangit*

*carinem*



tut : *Dei salus, vel D<sup>r</sup>us saluans.* An aptius dari potest, ac magis proprium Dei filio symbolum ? De monte descendit Carmelo, de Patris accubitu, in mundum, in domum intrat Abráhe, eius se includit cubiculo, in ventre filiae ex familia Abráhe, virginis purissima, ibi se coniunxit homini, ipse maximus, immensus, æternus, gloriosus, potens, clavis, &c. Sit ita homini temperat, reddique per omnia similem, ut verè sit homo puer mortalis, passibilis, imbecillis, pauper. 14. per, & fati liceat : *Verbum caro factum est.* *Iudicavit ille erat* (inquit D. Augustinus) *parvulus in puto, contra eum & breuiavit quodammodo in eum.* 1. ad *nenuis sue magnitudinem, parvulus factus est,* *quoniam T. 8. vi mortuus conueniret.* Hoc illud esse mysterium dicimus, quod David exposuit symbolo maxime congruo, sponsi, qui in illo virginali thalamo, sponsam fibi afflumpst, humanam naturam : *Ef. 5. 18. 6. ipse sanguinem sponsi &c.* Hac coniunctione, dicitur caro pueri, ex calore vatis calefacta : *Hic quippe nostra natura verè esse diuum accepit, diuinas proprietates, gratiam infinitam, immeasurablem gloriam.* Papae quanta mysteria ! Inde egreditur, & per dominum hoc atque illum ambulet propheta, de ventre namque virginis egressus Dei filius, per mundum lustris sex perambulans : modo inter Ægyptios, nunc inter Iudeos, ita nos, mox inter Galileos &c. Circumdat per villas & castella. Testatur Lucas. Venientem regressus in altera vice se ad mortui corpus contraxit, capiti caput, oculis oculos, manus manus, pedibus pedes, corpori corpus associans. Ad quid huic prima coniunctione superadditur & fecunda ? Admirabile sacramentum. Primum : se corpori defuncti coniunxit per Incarnationis mysterium, naturam assumens humanam, peccati rotus expertem, mundam, puram, immo ipso sole in virgine purissima purorem, in morte vero suā requiritur ut se deinde corpori peccati conficiet, in suo corpore cunctas eius afflumas peccatas, quas culpa tales, tantumque merebantur, ut pro illis Patri cœlesti satisfacet, hanc autem perficit coniunctionem dum lectum ascendit Hierusalem. Vident illum ascensionem : *Ecce ascendimus Hierosolymam,* alludere videtur ab illud Elisei : *Ascendit & incubuit super eum.* Hic quanta facit coniunctionem, totum suum corpus corpori peccati mortui contemporans, & abbrevians nocte adeo scito, ut vim quid cum illo esse videatur : cum in qualibet corporis sui parte dolorem suffineat, quam culpa metent, quam peccauit corpus in sui qualibet parte coniunxit :

Hieron. Bapt. de Lanzra. Tom. II.

Y. tis

tis suis impendijs Dei filius voluerit corpus illud peccati demoliri , velistu , ipsum in te regnet ? An dicam fieri peccate , vt tuo in capite regnet superbia , & continua mentis tuae tunicas elatione fastuofus , cum caput illud videoas , omnes Dei scientie thesaures concludens dum in spinisque coronatum ? Vt tuis in manibus auaricia dominetur , pauperibus eas contrahas , dum illas trabalibus cernis clavis transfixas , vt ex illis tibi venarum fuarum sanguinem propinet pretiosissimum . In pectora tuo iram , vindictaque vivere cupiditatem , domi Christi peccatis arcam thesaurorum Dei , conspicias apertum , & vt ipsa cordis intima mouiles offerat illis ipsis , qui illud pugnerant ? Tanto tempore tua in carnem vigeze impudenterissimam lasciviam , dum redemptoris auctoris carnem de purissimo Virginis Mariae sanguine , Spiritu S. operante formata ipso celo puriori flagellatam , plagarum faciem congeriem , fontemque sanguine profundem ?

*Ezech.43. Tu autem fili hominie (sic Deus Ezechieli) ostende domum Israel templum & confundantur ab omnibus iniuriantibus suis , & metuantur fabri-  
cam , & erubescant ex omnibus qua fecerunt , si-  
guram demus , & fabrice eius , exitus , & in-  
troitus , & omnem descriptionem eis . Hoc idem  
ipse hodie proponit , tibi diuinum illud ostendit corporis sui templum , de quo ipse praefatus*

*Iacob.2.19. erat : Solvite templum hoc &c. hoc autem dicebat de templo corporis sui . Vt illud membranum perserueretis , non cursum sed attentum preciarum fuarum partes mediteretis : Tradetis ad illudendum , flagellandum : confundendum &c. Horratur*

*Ies.47.14. nos plantes regis : Distribuite domum eius . Vt in cunctis corporis eius partibus tot confidantes cruciatu , quod in tuo corpore criminata dominatur : Distributio corpus peccati , & ultra non servius peccato . In huic finem has omnes ita poscas commemoratio minima , vt eas illo modo consideres , corpore corpus conferendo .*

§. 4. Cur Christus dixerit mortem suam multo profutaram , cum pro omnibus sit mortuus .

**M**odo capies mysterium , quod de lapide propositumus : Ego calabo inquit Dominus : sculpturam eius , vt totus elaboretur . *Zach.3.9. tunc , vt autem celaturam designet , ait : Septem oculi super lapidem unum . Septem numeran-*

tur via capitalia ; scupli debet lapis , ad haec omnia conlummandata , vijs sculptura concinna , & cuicunque eorum sua congruat in lapide sculptura . Imo vero hoc Deus inus signatur volui his ultimis Evangelij verbis , quae primis correspondent . In principio dicit , se tradendum , illudendum , confundendum , flagellandum , crucifigendum , moritum . Cautantur o Domine , genarum cumulus , cum vel minimus dolor sufficiat ? Venit filius hominis dare animam suam redempcionem pro multis . Domine , hoc mihi quam primum multo difficultius intellectus : quomodo inquit pro multis ? An non ergo pro omnibus ? Enrum audio loquente Apolito . Pro omnibus moris . *Causa est Clericus . Et tuus Evangelicus vates .* prædixerat : Posuit Dominus in ea iniuriam ipsa omnium nostrorum . Eximia hic docent nos Theologici mysteria . Quidam , dicunt quod licet verum sit , quod pro omnibus mortuis sit sufficieret , effigaciter tamen non nisi pro multis . Alij plurimum attendunt loquendi scripturæ , qua haec vox : Multi : aliquando ritus ut omnes significet , multaque probant pereleganter . Infigue vero nro mysterium , quod D. Augustinus prælibavit : nempe dicens : Pro multis idem est ac si dixeris pro varijs , dicitur , immo contrarijs . Dicit bellus dux cui in magnum numerum militum est impeditum . Domine magna opus est patientia , prudentia , cum multis agendi , multisque gubernandi : Cur ergo non dicas ; cum omnibus ? Vtique , illo tamen verbo : Multis , declarare intendit diuersitatem personarum , conditionum ac qualitatum . Si omnes viuis essent conditionis , quae quotitatis , mentis ac intentionis , res non esset tam carnis ardua , ac plena negotij , verum tamen hi omnes propriam sibi habent iunctam qualitatem : tis sic hic est Saturno tristior , alter excitatus , alatissimer , hunc non est quod excites ad facinora , alterum non est quod politis fedate . Hinc vulgare dictum , atduum est & cumprimis operium , mulos reges , id est conditionibus , naturaque differentes . Mortis Christi mysterium , non tantum est , quod pro omnibus sit mortuus , sed insuper quod illi omnes , sunt multi , hoc est , vani , diuersi , lege contrari , sibique inimici . Vnus superbus , qui pro honore atomo mille dilapidabit bona : avarus alter , qui ne obolum pro cunctis expendet honorum punctulis . Alter grauis , acediolus , vt non sit qui eum periret , aliis suis sic inardescens vanitatibus , vt ignis esse videatur .

*Car.*  
*4.5.19.*

ter. Hic adeo suis addictus delicijs, ut vel pro una crapula, viram suam exponat disserimam: ille, ut id agat, quod sibi faciendum incumbit, ne quidem expendet obolum. Ea igitur de causa, magno dicitur mysterio, quod Christus mortuus sit: *Pro multis*, hoc est, pro variis peccatorum, criminumque generibus, et modo quo D. Paulus opponens redempcionem Christique obedientiam, culpe, Ad quem inobedientia, sic ait: *Per inobedientiam unius homini, peccares constituti sunt multi*. Quomodo: *Muli?* An non nos omnes? Concedo? quia: *Omnes in Adam peccaverunt*. Sed hæc docendū formulā plus his aliquid volunt significare, nempe, ex hoc primo peccato, tantam entam peccatorum, scelerumque, cum varietatem, tum multitudinem, tamen ex primariae, ut conspicimus, quosdam hac conditione, alios alia sceleratos: cum enim natura soluentur habent, & scelus ac inclinaciones liberè vagarentur, nullicae eas cohiberet, essent autem multum inter se differentes, ita quoque diversi exorti sunt peccatores, qui secundum pares sunt in peccato originali, sed multi & varij in actualibus, quæ ex illo tanquam ex prima sua origine scaturiant universa. Sic ut ergo illi, cum sint omnes, vocantur multi ob varietatem ac differentiam in ratione peccatorum, ita licet Christus mortuus sit pro omnibus, proprie tamen, magnoque mysterio dicitur mortuus pro multis: illi namque omnes, unus non sunt in specie peccatorum, sed differentes, multi, & varij.

*4.5.12.*

Hinc capio quod dixit a Christo I'asias: *Ipse peccata mulorum tulit*. O vates veridice iam nunc dixisti: *Pecuit Dominus in eis iniquitatem omnium nostrorum*. Si pater ei celestis omnium impulsi iniquitatem, qua modo ratione dicas: *Ipse peccata mulorum tulit*. Num forte imponente illi Patre cunctorum peccata, aliqua excidere permisit, quæ soluenda non suscepit? Optime dicitur, omnia peccata solcepit, sed non eam cunctam generis, sed diversas; immo quedam speciei conatus; q. d. secundum peccata suscepit omnium secundum quod unum sumus, in illo peccato originali, sed secundum quod multi sumus in actualium peccatorum differentia. Ea igitur de causa testatur: *Veni filia huminis, dare animam suam redempcionem pro multis*. Multæ, varie, differentes ac contrariae culpe, multa, varia, differentia, immo contraea exigunt supplicia, ut

*§.5. In huī lapidi sculptura, quisque sua iniurias peccata designata.*

**E**N lapi em omni ex parte expolitum, super quem firmantur oculi septem, sic enim interpretari licet, quod modo declaramus: *Super lapidem unum, sepum cœlum* qui ut expoliatur leptem super eum signatur oculi, quibus conspicitur, qualis si sculputra, in omnium remedium peccatorum, quæ varia sunt & innumerabilia, que de septem saeuntur capitalibus, videantur haec septem, sicut cum leptem oculis, finique illi, qui in lapide defiguntur, ad ecclasticam sculpturam eius quam lapidicida elaborabant, ut culpe pena concuerat. Vide an non illud grande portentum, an non hic multa conficeranda, an non te deceas esse virtutem, virtutem talem, quam vult Deus: *Viri probendentes sunt*. La'is diuinus, super quem septem oculi, qui ea de causa dicuntur esse septem: quia hic numerus in facia pagina, ut notant S. S. Patres D. Hieronymus. Et Augustinus. b. Designat viii. a. In e. 2. ueritatem. Speculum; quod multi inveniuntur, Iob & in plenum est tot oculi, & ut sunt spectato. e. 12. Marres, & quisque in eo lios considerat ac intuetur. En illud diuinum speculum: *Speculum b. L. 1. do sine macula*. Omnis in illud intencianus oculi, & quicunque in eo lios intuebitur; in eo, sicut. & in perbe, vanilissimas capitis inuenies tui tures, in P. f. 73. & illis tempe spinis, quæ caput illud perforarunt 118. Sapientiam, in quo sunt omnes thefani lapicentia & scientia Dei. In eo, divitiarum belluo, turas videbis vsluras, fura, iniquitasque contraria, in illis inquam manus eluis confixis,

vt tuis auxilietur. In illo divino corpore S. Spiritus operā formato, de purissimo sanguine, virginis purissime, conspicies tuas luxuriosę immunditias in plagis illis ac flagellarum cicatricibus &c.

Hunc myrrhe fasciculum (hortatur D. Bern.) inter animatuz vbera collocato, esto Dauid similis, vt cum eo proposas: *In aeternum non cibis nisi ar iustificationes tuas, quia ipsi via sacrificasti me.*  
*P. 118. 77. Imo & illas optabat vehementer, rogabatque in-*  
*D. BERN. stanter, dum ait: Veniant mibi miserationes meae.*  
*Serm. 43. Et viuam &c. Et ego, fratres (inquit) ab iniun-*  
*m-a conversione, pro aeterno moritorum, qua mibi*  
*delle sciebam, hunc mibi fasciculum colligare, &*  
*inter vbera mea collicare decreui, collectum ex*  
*omnibus anxietatis, & amaritudinibus Domini*  
*mei &c. consistoriorum: sutorum, colaphorum, sub-*  
*fuminationum, exprobacionum, clauorum, horumque*  
*familium, que in salutem nostrę genoris filium Euangeli-*  
*ica copiosissimam nos fecit protulisse. Oculos tuos*  
*(inquit) in illum coniuge fasciculum: ibi conspicies,*  
*quid sit peccatum, cum tam caro eius Deo*  
*steterit remedium: illuc licebit visere, quid ei de-*  
*beas, & quantum sit proditiose felis eum tam*  
*grauior offendere, qui tanta pro te noscitur*  
*pertulisse. Hic innovies, superbe, humilitatis*  
*exemplum: tu avare, liberalitatis: iracunde,*  
*patientia: obedientiae refractarie: charitatis in-*  
*uidiose: & abstinentiae, pingueule. Hic inu-*  
*novies meritis pauper, quod offeras Patri, in tuo*  
*rum remissionem peccatorum hic scutum, quod*  
*divinae opponas iustitiae inexpugnabile: hic ma-*  
*re lavatorium, quo culparum tuarum maculae de-*  
*D. BERN. tergantur: Hunc & vos dilectissimi, tam dilectum*  
*fasciculum colligere vobis, hunc medallis inferite*  
*cordis, hoc munite adiutum pectoris, ut & vobis in-*  
*ter vbera commoretur. Habet illum non retro in*  
*huncrit, sed ante prae oculis, ne portantes, & non*  
*odorantes, & omnis premat, & odor non erigat. Me-*  
*mentote: quia accepit eum Simeon in ulnis suis*  
*&c. Si enim ante oculos habueritis, quem porta-*  
*tis pro certo videntes angustias Domini, lenius ve-*  
*stras portabit.*

§. 6. Est Christi passio felis eius Callionymus,

qui cacos illuminet oculos.

**E**x predictis campus aperitur latissimus, quo  
*a L. d. pre-* patet, quam iusta ratione dixerit D. Au-  
*gusti, quem sequitur D. Prosper. a. Chri-*  
*stum nubis presignatum fuisse in pice illo To-*

bix cunctis notissimo. Iam enim notaverat D. *Augustin. b.* mysterium quod didicerat ex Ter-  
*tullia ad illos Graecos verius Sibyllæ Erithree, b. 14,*  
*quos ipse relexit; qua in illis mystica valde de deo*  
*Christo praenuntiavit, cum autem illi, qui tales e. 21,*  
*timantur scripturas, ipso etiam minimos apida-*  
*censes enucleat, sumptis priuis litteris ex verbibus*  
*Grecis, numero octodecim aduenerit quod haec si-  
*mul inuncta, haec quinque reddunt nomina; Ies-*  
*sus Christus filius salvator. Et sumptis quinque*  
*primis litteris Græcis horum quinque verborum,*  
*quod haec simul connexæ reddant latuam vocem*  
*Piscis, quo signatur, in hoc mira Christi mysteria*  
*comprehendi, quod piscis vocetur, quia in illo*  
*pisce Toti cuncta refertur. Piscis hic totus*  
*est & utilis, & sanus: eius caro cibus est*  
*& alimentum; cor & iecur demones effugabat,*  
*ligabat, vires eorum repremebat, nominatim*  
*autem fel oculus aptum erat illuminandis, co-*  
*rumpque squammas auferendis. Hi potio effectus*  
*huius pisci sunt naturales, vt notat Valles de sa-*  
*gra philosophia, vocarurque Callionymus, id*  
*est piscis pulcherrimi nominis. Piscis hucus fel*  
*valer ad tollendam ab oculis albaginem; nubes*  
*que densissimas vist i officientes. Ita tentunt Ca-*  
*len. a. Plinii b. Elianus c. Ex Aristotle. Vi a. I. de fa-*  
*demus autem quam naturaliter hunc effectum in p. 109.*  
*Tobia fit operatus: ait enim facer textus: Su- fack.*  
*mens Tobias de felis piscis, linuat cecilos patru- lisi,*  
*& sustinuit quasi dimidiad ferme horam, b. 1. 12.*  
*& caput alingo ex oculis eius, quasi membra c. 1. 13.*  
*na ovi egredi. O pescis mirabilis! at mul. Tob. 10.*  
*est mirabilior qui hoc pice designatur, ni- 14.*  
*mitum Christus, piscis Callionymus, nomi-*  
*ne pulcherrimus. Quid est nomen eius? I. E-*  
*s. v. s. O dulce nomen! Oleum effusum nomen Catt. 12.*  
*ideo adolescentes dixerunt te. Totus*  
*est famus, virtus, caro eius in cibum sumi-  
*tur, virtusque alimentum: Qui manducat meam Ios. 1.*  
*carnem &c. habet vitam eternam. Cor eius, 19.*  
*id est divina virtus demones fugat, ligat, vi-  
*resque cunctas eneruat. Ita vidit illum D. Ioan-*  
*nes, quod catena demonem alligauerit. No- 1. 2.*  
*minatum autem fel eius, amarulina scilicet*  
*passio, valet oculus illuminandis, membranæ*  
*corium nubesque detergendo: si vanque*  
*Christi passio mente reuelat attencionis,*  
*figanturque in eum intiores oculi, ne dubi-  
*tes, terrena tollit membrana, nubesque va-*  
*nitas; oculus patet quis sit Deus, quid pio-*  
*me egerit, quam illi caro meum constituerit re-*  
*medium, quantum me sibi deuinxerit iam re-*  
*pacatum. Oculos aperi, vt illam Dei sapien-*  
*tiam,*****

siam, bonitatem, misericordiam, iustitiamque complexis, ut peccati mortiferi venenum, pondus, malitiamque intuearis, ut quam te deceat eis patientem, humilem, obedientem, imitemque perfiditeris. Faxis Deus hoc fel singulis diebus, vel media hora tuis superimponas oculis intellectus; eius patientiam, obedientiam, alperum lecum, fel amarum, acutumq; perpendere, etunque D.BERN. tibi loquenter attenderes cum Bern. O homo, Ser. 4. nonne facio pro te vulneratus sum? Nonne facio pro H. ibidem, iniquitate tua afflictus sum? Cur addo afflictionem passa, afflito? Magis aggriauit me vulnera peccati tui, quam vulnera corporis mei.

D.AUG. De hac Christi passionis meditatione, quam sibi fuerit proficia sic scribit D. Augustinus. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatione, recurso ad vulnera Christi. Cum me premis caro, recordatione vulnerum Domini mei resorgo. Si ardor libidinis moueat membra mea, recordatione vulnerum Domini nostri, filii Dei, extinguitur. In omnibus adversitatibus, non inueni tam efficax remedium, quam vulnera Christi. In illa dormio securus, & requiesco insipidus &c. Longinus aperuit mihi latu Coristi lancea, & ego inservi, & ibi requiesco securus. Non possum tenaci multitudine peccatorum, si mors Domini in mentem meam venerit. Huic defectu meditationis deficiunt tibi vires, peccatis viuisque resistendi, quae te ad molam trahunt veritatem, hoc enim indicatur, (interpretet D. Ambrof.) illa Samsonis imbecillitate, quae illi obvenit deralus sibi capitis capillis, qua debilis ita corrut, ut eum captiuum ligant Philistim, omnium ludibrium, perplexa, clamantiaque abiecerunt ad moletram: *Clausum in carcere volere fecerunt.* Designant enim capilli mentis cogitationes sanctas ex capite protinente. Haec vires addunt animam, sed inquit cam ab iniunctis inuincibilem: *Nihil ita mentem ab amore secutus separat, nihil ita hominem excitat,* & adiuuat D.BERN. ad omne opus bonum, & ad omnem laborem, q; am l. de Sp. gratia contemplacionis. Ita D.Bern.

Hy congruum edidit D. Thom. Tractatum huic propositioni innixum, quod homo sit quidam parvus mundus, & quod sol, seu lux est in mundo maiori, hoc est ipsa in maioru confidatio. Tria in mundo maioru lux operatur. Primum, quod eum reddat formosum, per hanc enim factus eius videtur decor ac pulchritudo: Secundum: modicam partem mundus, & quod sol, seu lux est in mundo maiori, hoc est ipsa in maioru confidatio. Tercium: quod illum reddat securum: ex luce quippe, euenimus quae sunt nobis Christi, fugienda: Tria sunt in mundo minori, quae pendunt ab illuminatione, decor, directio & securitas; defi-

cunt illuminatione, haec omnia deficiunt. Hæc quoque tria in minori mundo, id est homine, operatur ipsa consideratio; per hanc enim quid sit in Deo decorum conspicimus, & quae sunt peccati mundi delicia: per hanc hominem percipit, quae ratione iuas dirigit actiones, libique sit ab inimicis praevenditum. Eximium quid est via meditatio, vel minima temporis mora celestium attenta consideratio. Inter illas eminet, plurimque ceteris refert Dominica meditatio Passionis. Tales erant coelestis sponsa capilli, quos sponsus comparat capris: *Qua ascendunt de monte Galilee, de quibus alias fuisse egimus.* Fel Tract. 1. n. 166. & seqq. Cai. 2. v. 1.

**§. 7. Viam, que dicit Christum ad gloriam, inseguiri debemus, nec enim melior est Dominus Iesus.**

Primum igitur nos docet Salvator viam quæ recta dicit ad celum, regnum gloriam. Hæc erat continua Regis vaticane David Oratio: *Ostende mihi viam in qua ambulem.* Et Ps. 42. 8. iuste quidem: si quippe via hæc nesciatur, aut in ea erratur, nulla certudo in reliquis, alicuius est momenti: *Ecce Ascendimus Ad vertice chalifimi,* inquit Dei filius, quod ascendimus. Quod Domine ascendis tandem queritur? Ad gloriam resurrectionis, regnumque sempiternum: *Tertia die resurget.* Quæ viam ingredieris? Quæ illuc tendis? Hierusalem versus pergo, ubi tradidus sum, capientis, iudicendus, flagellandus, crucifigendus, moriatur; Hanc Domine, carpendo viam, ad mortem tendes ignominiam magis quam ad vitam gloriosam, & in terra sepulchrum magis redoler oblinios æternæ, quam in celo gloriam triumphantis. Noueris tamen, hanc esse viam quam oportet ingredi, & quam coelestis mihi Pater designavit, nec mihi soi, sed & vobis quoque, quoniam omnibus coelum perentibus, quibus me dicunt & statuo antisignum, ut admittatur Michæl de me vaticinum: *Ascendit pani- 13. den iter ante illos.* Ita v. 1. & vos, omnesque qui illo ascendant, hanc oportet viam persimilatate: *Ecce ascendimus, q.d. pallus meos attendite, confide-* 1. Pet. 2. *te vestigia: Ecce, quæ implesia relinquo, meo- que calles, vobis in duces vita praesignatos.* E. v. 20. *Ecce concinit illud D. Petrus: Christus passus est pro a Epif. nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini 12. ad vestigia eius.* Notat D. Hieron. a. de quo mutua- Fabio. *rebus est D. Gregor. b. Quod Dominus circa sum- b in 1. Re-*

mi Pontificis decreuerat vestimenta , nimurum, et ad oram tunicae talatis tintinnabula appon- derentur, ut mouente illo pedem, ac procedente, signum alijs ederet; octo loquuntur quasi ad seceret, gradientem intuerentur , signumque attenden- tent quod dabantur, quasi vita ducem, per quam om- nes ambularent, ac se per eam ipsum oportere sequi intelligerent: cum essent Pontifices gressus, velut viuum exemplar, coruiri in quibus populo- eum decet anteire. Summum: ecce nostrum Sa- cacerdotem, qui ad gloriam suam procedens, ad se nos trahit oculos: Ecce ascendimus: ut scia- mus, hanc esse viam nobis inueniam. Hac vadit Christus, & aliam tibi esse num credis? Ipsi pani- dens iter ascendit per flagella, spuma, sublannatio- nes, colaphisationes, fel, clavos, crucem, lanceam labores crucifixusque omnigenos, & eo te posse peruenire presumis, obrietate, cruxilla, compo- tione, commissatione, vestrisque delicijs? Absit omnia. Consonat his D. Cyprian, argumentum, ex hac Christi ratione deducendum: Non est seruus maior Domino suo. Quo cordibus nostris hanc in- cultet lectionem. Nullus fuit inquam seruus adeo velatus, vescisque mentis, qui pinguiorem, ac Dominu suo sortem quereret sibi meliorem. Num te Christi seruus esse gloriaris? Indubie- estque haec veltra fors optima, querendaque beatitudine. Eia igitur attende, que Christo fors obtigerit, quid de illo Pater disponuit, quia via ad gloriam coelestis regni peruen- cit. Au non furet crucifixus, dolores, ignominia, persecutio, paupertas, humilitas?

*L. 19. Mor. Ruminat moralis Gregorius, illud psalmiste  
et Ho. Christi triumphos celebrantis: Iter facite ei,  
1. in Ezecl. qui ascendit super occasionem, Dominus nomen illi.  
& Ho. 19. Modum mirare loquendi: Ascendit super occa-  
sionem Euang. sum. Ad altissima conscientia, & ad hoc, pe-  
culiariter & vates intendit Christi triumphum. As-  
cendit, & super omnia est elevatus. At super  
quid innatur, tam altè conscientius? Super  
occasum. Id est super mortem suam. Ad litteram completem est illud Apostoli: Honnilius  
Philipp. 2. sempersum, factus ob diens usque ad mortem,  
mortem autem crucis: Proprius quod & Deus  
exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod  
est super omne nomen ut in nomine Iesu omne ge-  
nuum statutum. Tantum Rex & Propheta aenei ser-  
pentis mysterium adeo myllicum, ut illud Chri-  
stus assumptus, quo Nicodemo celestis sua  
mysteria declararet: licet: Sicut exaltauit Moys-  
es serpens in deserto. Notatu dignissima spe-  
culanda veniunt in illo aeneo-serpente, que alias*

